



**Bellum Sacrum Ecclesiæ Militantis Contra Turcum  
Communem Hostem Christianorum**

**Vaux, Léonard de  
Leodii, 1685**

VII. Sed libera nos à malo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64991](#)

visibiles & invisibilis , extra & intra nos conantur separare tuos à te : da nobis , gratiam illam magnam , cum quā legitimè certantes vincemus omnia , quæ militant adversus animam .

VII. *Sed libera nos à malo.*

**P**Ræterito , cujus plagæ tanto sunt periculosiores , quanto minus sentiuntur à nobis ; præsenti , quo gravamur : & futuro quo involvemur ; nisi singulari tuo auxilio arceantur à nobis .

*Amen.*

**I**Ta sit , ita fiat , sic à te exaudiamur , bonis tuis cumulemur , ab omnibus malis eripiamur & liberemur , ut tibi soli Deo , uni , trino , vivamus , & sis solus omnia in tuis omnibus .

Ex intelligentiâ hujus Orationis Dominicæ , patet omnes ejus petitiones sic esse à Christo , Divino Oratore nostro ordinatas : ut à Dei Patris nostri cœlestis infinitâ bonitate obtineamus donum perseverantiæ finalis in gratia

& charitate ejus, quâ introducamur  
in vitam æternam: de hac perseve-  
rantiâ dixit Christus, qui persevera-  
verit, usque in finem: hic salvus erit.

### S A L U T A T I O A N G E L I C A .

**H**Æc Salutatio à Spiritu Sancto  
dictata: composita est, ex ver-  
bis Sancti Archangeli Gabrie-  
lis, Sanctæ Elizabeth, Matris præ-  
cursoris Verbi Incarnati, & ex  
Verbis Sanctæ Ecclesiæ: quæ il-  
lam ita ordinavit, ut per interces-  
sionem potentissimam Dei Genitri-  
cis Virginis M A R I Æ, Advoca-  
tæ nostræ apud Sanctissimam Tri-  
adem, obtineamus facilius, & abun-  
dantiis, quæ à Patre nostro cælesti,  
Deo, uno, trino, petimus, per Ora-  
tionem Dominicam: cui proindè im-  
mediate subnectitur hæc Salutatio An-  
geli, Elizabethæ, Ecclesiæ Sanctæ:  
ut autem sapienter, piè, & reveren-  
ter; spiritu, & mente, ex abundan-  
tiâ cordis, Matrem illam admirabilem,  
Reginam Angelorum & Sanctorum  
omnium